Epygramma ad librum

Inter honoratos. nulla formidine. libros
  Sume ſed exiguum parue libelle locum
Ne vereare libris multo maioribus addi
  Corpore. plus iuſto. ſis licet ipſe breuis
Grandia per modicis cedunt nam ſaxa lapillis
  Et preſtant magnis ſepe puſilla bonis
Fertilis es verbis ad opus mediocre redactis
  Sed vires. veluti grana ſinapis habens
Debueras igitur minime pregnādis haberi.
  Ne premeret dominum ſarcina forte tuum
Nanqꝫ domi vt reliquis tibi nō recubare licebit
  Sed poſſeſſorem. quo velit ire. ſequi
Optima nanqꝫ doces captuqꝫ facillima queqꝫ
  Ac iter in celum quo ſibi quiſqꝫ paret
¶ Finis

Ad beatā Annam Carmen

Hic effunde preces deuote poplite flexo
  Anna parens vbi cum prole beata ſedet
Ne dubita capias quicquid rogitaueris ipſam
  Nanqꝫ potens precibꝰ iugiter Anna nitet
Nullius Anna preces vnq̄ꝫ dimiſit inanes
  Sed tulit optatam candida ſemper opem
Ergo piam matrem multo cumulemus honore
  Nullius vacuas que ſinit eſſe preces
Anna parens ieſu chriſti genitricis aueto
  A nobis petimus omne repelle nephas